

/ Ill.me et Excell.me D.ne,

Legi litteras D.V. et egi gratias Deo quod desiderium tam pium inspiraverit cordi vestro, ut de unione Ecclesiarum, et animarum salute cogitationem susciperet. Egi cum Patre Francisco de Canillac, 5 et ab eo cognovi, quid facto opus esse sentiat D.V. et postea egi cum Sanctissimo Patre Nostro Papa, qui libenter me audivit, et iussit, ut cum Ill.mo Cardinali Justiniano hoc negotium communicarem. Idem Ill.mus approbat rem totam, sed dubitat, an nunc tempus sit id perficiendi cum Collegium Graecorum, quod hic Romae habetur, magno 10 aere alieno gravatum sit. Sed de his omnibus plenius egi cum Patre Francisco Canillac qui ad D.Vestram fusius scribere poterit. Quod ad me attinet, paratissimus sum ad omnia, quae per me fieri poterunt, ut Deus glorificetur, et salus animarum Christi sanguine redemptarum perficiatur. Sed intelligo etiam, quanta sit imbecillitas 15 virium mearum, ut magis optare, quam facere possim res magnas. Cupio Excellentiam tuam bene valere, et in sancto proposito juvandi Ecclesiam perseverare. Datum Romae die 3<sup>a</sup> Junii 1613.

---

Arch. Vatic. Mss. Gesuit. 18 fol. 61 (brouillon autogr.) - Idem ibid. 22, epist. 123 (copie Fuligatti)